



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex cõcil.
Triburi.
cap. 8.

NVllus proprium filium, aut filiam à fonte baptis-
matis suscipiat, nec filiolum, nec commatrem ducat
virescentem, nec illam cuius filiam ad confirmationem ante epi-
scopum tenuerit. Vbi autem factum fuerit, seporentur.

Ex cõcil.
Moguti.
cap. 5.

QVam detestabile & execrabile scelus sit, vnicuique
Christiano, filiolum suam constuprare, testatur
Gregorius papa in dialogis suis. vbi refert quendam
hominem polluisse filiolum suam, & quia neglexit pœnitentiam
agere, subito miserabili morbo correptus expiravit: & sepul-
tulo, nũ solum corpus sed etiam omne sepulchrum, ignis
inuisibilis consumpsit.

Ex pœni-
tentiali
Theodo.

Mulier quocumque molimine, aut in se ipsa, aut cum
altera fornicans, tres annos pœniteat.

Ex eodẽ.

SI sanctimonialis cũ alia sanctimoniali per aliquod me-
chinentũ fornicata fuerint, septẽ annos pœniteat.

Ex cõcil.
Anquire.
cap. 8.

Mulier si cũ muliere fornicata fuerit, tres annos pœ-
niteat. Sic & illa quæ semen viri sui cibo miscet, &
inde plus eius accipiat amorem, pœniteat.

Ex cõcil.
Anciran.
cap. 15.

DE his qui irrationabiliter versati sunt, siue versati
sunt, id est, qui cum pecoribus & masculis se com-
municauerint, quotquot ante viginti annos ætatis tale
men commiserint, XV. annis exactis in pœnitentia, com-
munionem mereantur orationum: deinde quinquennio in
hac communionem durantes, tunc demum oblationis sacre
mẽta contingant, Discutiarur autem & vita eorum qualis
tẽpore pœnitentis extiterit, & ita misericordiam conser-
uãtur. Quod si inexplebiliter his hẽsere criminibus, ad
gendã pœnitentiã prolixius tẽpus insumãt. Quotquot autem
post XX. annos ætatis, vxores habentes, in hoc peccato